

Ob 12
22. 7. 00

1895 8.



INDEX LECTIONUM

IN

LYCEO REGIO HOSIANO BRUNSBERGENSI

PER AESTATEM

A DIE XV. APRILIS ANNI MDCCCLXXXV


INSTITUENDARUM.

PRAECEDET PROF. DR. VICTORIS ROEHRICH COMMENTATIO:
PLASTWICO, SCRIPTORI RERUM WARMIENSIVM, FIDEM HABENDAM ESSE.

BRUNSBERGAE.
TYPIS HEYNEANIS (R. SILTMANN).
1895.

LYCEI REGII HOSIANI H. T. RECTOR

D^{R.} JULIUS MARQUARDT,
PROFESSOR PUBLICUS ORDINARIUS.



LYCEI REGII HOSIANI BRUNSERGENSIS
R E C T O R E T S E N A T U S
CIVIBUS SUIS
S.

Plastwico, scriptori rerum Warmiensium,
fidem habendam esse.

Joannes Plastwicus, decanus capituli Warmiensis anno domini 1463 chronicon conscripsit de vitis episcoporum Warmiensium, quo opusculo quod primus historiam episcoporum usque ad Pauli de Legendorf, cuius jussu se scripsisse fatetur¹⁾, tempora illustravit, de rerum Warmiensium memoria optime meruit. In hoc chronicon libellum recepit, quem Carolus Petrus Woelky editor „die Denkschrift“ nominat.²⁾ Duobus his scriptis, ni omnia fallunt, accedit tertium, cui titulus est „die tege dingē der thumheren vnde houelewten“, quo quae in occupando capituli castro Allenstein anno 1455 per equitem Georgium de Schlieben, Ordinis mercennariorum capitaneum gesta sunt, uberior exponit.³⁾ Antiquioris quidem aetatis locupletissimi ei sunt testes cum libri terrae Prussiae chronicī, tum vero acta publica, desumpta ex tabulariis Warmiensibus et episcopi et capituli, sed inde ab eo, quo Franciscus episcopus regnare coepit, id est ab anno 1424, non raro, quae memoriae prodidit, oculis suis spectavit, siquidem anno 1442 canonici ecclesiae Warmiensis factus⁴⁾ magna ex parte interfuerat rebus, quas enarrat.⁵⁾ Quin igitur vera dicere potuerit, non est dubitandum; quaeritur, num voluerit. Plastwicum enim Ordini hospitalis s. Mariae Theutonicorum inimicissimum fuisse, ex toto chronicō satis intelligitur, nimirum eo consilio scripsit, ut ostenderet Ordinem per centum fere annorum spatium ecclesiae Warmensi omni modo offecisse, obstitisse atque ita eam coegisse, ut regis Polonorum fidei se committeret. Atque infesti auctoris animi causa posita est in simultate, quae ei cum Ordini erat.

¹⁾ Mon. Hist. Warm. III, 44.

²⁾ I. c. III, 22; IV, 47.

³⁾ I. c. III, 138; IV, 48.

⁴⁾ I. c. III, 12.

⁵⁾ I. c. III, 23 seq.; IV, 47.

Nam operam fidelem atque utilem magistro generali praestiterat in consiliis, legationibus, quibuscumque potuit, semper ei servire paratus, sed meritam debitamque gratiam non retulit. Pactis condicionibusque cum Ordine factis ab hoc minime observatis in proprio capituli castro dolose, injuste, fraudulenter, inique captus, per aliquot dies vinculis mandatus, in exilium missus est⁶⁾, ut ex amico adversarium Ordinis eum factum esse mirari non debeamus. Quamquam hodie arguitur ita a Warmiensis ecclesiae partibus stetisse, ut nonnulla in pejus mutaret. Quam suspicionem Maximilianus Toeppen, scientissimus ille rerum Prussicarum, plane eloquitur nuncupans Plastwici chronicon „die Anklageschrift eines streitlustigen Advokaten, aus deren Masslosigkeit nur Partei Hass und Verbitterung spricht, oder wenn man lieber will, Advokatenpfiffigkeit; aber eine solche Anklageschrift ist, ut pergit, denn doch noch lange nicht der Beweis der in ihr keck behaupteten Thatsachen, vielmehr wird die Glaubwürdigkeit eines Anklägers, der sich solche Uebertreibungen zu Schulden kommen lässt, wie es Plastwich thut, sehr verdächtig.“⁷⁾

Et huic quidem res exaggerandi studio Toeppen tribuit haec: quod, si Plastwicum sequimur, jam Winrici de Kniprode magistri generalis temporibus Ordinis fratres invidia incensi finibus suis non contenti ecclesiae Warmiensis territorium invadere et contra eam saevire coeperint; quod multas villas, nemora, lacus paulatim ecclesiae abstulerint; quod magister Winricus „spiritu se nequam instigante“ dominum Johannem episcopum pro ecclesiae juribus viriliter decertantem, cum in conventu in villa Neukirch facta ecclesiae ablata repetisset, gladio destrito interficere conatus sit.⁸⁾

Profecto Plastwicus, ut Franciscus Fleischer commentatione elegantissima, quae inscribitur „Heinrich III. Sorbom, Bischof von Ermland“, probavit, in enarranda controversia anno 1369 Ordini de limitibus cum ecclesia Warmensi orta nonnumquam res male posteris tradidit, sed ecclesiam in nova dioeceseos circumscriptione limitumque distinctione, quam Johanne episcopo mortuo successor Henricus Sorbom ratam habuit, ultra sex milia mansorum perdidisse chronicus scriptor recte retulit.⁹⁾ Neque vero dubitari potest, quin Winricus magister generalis in illo congressu dominum Johannem episcopum pugione petierit. Quod licet actis publicis plane evinci nequeat, tamen satis indicatur in charta anni 1454. Cum enim vasalli communitatesque ecclesiae Warmiensis a. d. V. Cal. Mart. ejusdem anni domino Francisco episcopo homagium renuntiabant, inter alias, cur id fecissent, rationes hanc commemoraverunt: „das ewer gnade weren daheim geblieben undt hettet nicht so tief durchgründet die einigung, undt hettet ewerer kirchen gerechtigkeit beschirmet undt bewahret. Worinne ewer gnade sonst ist versäumlich gefunden, undt viel kleine dinge grosz geacht habet von ewer und ewerer kirchen land undt städte, indem das ewer gnade viel wieder zum despact dem volck bezeugeget habet, das uns alle sehr beweget, das das grösste; ewerer kirchen gerechtigkeit zu beleiten, alles hinden an gelassen habt; da etwan die bisschöffe sel. gedächtnis in grossen gefährlichkeit ihres lebens sich bearbeitet haben, undt auch darüber verstorben seind, alsz man spricht: das da landläufig undt landkündig ist, das die herrn des ordens in vergangenen zeiten der kirchen zu Ermland abgezogen haben grosze lande undt städte undt acker undt wiesen, wälder etc., sonderlich viel guter see, binnen der gräntzen gelegen, das man allzumahl von der kirchen wegen in fiedsamer besietzung gehabet hat.“¹⁰⁾ . . . Animos dissensione de finibus exorta maxima exarsisse ira docet bulla Urbani V. papae, data Romae Idibus Martii anni 1370, qua magistrum generalem et fratres hospitalis beatae Mariae Theutonicorum „rogat et hortatur attente, quatinus, cum causam super

6) I. c. III, 15. 16. 139 seq.

7) Altpr. Monatsschr. 1868. Band 5. p. 527.

8) I. c. p. 526; cf. Mon. Hist. Warm. III, 62. 63.

9) Pastoralblatt f. d. Diöcese Ermland 1893 p. 81 seq.

10) M. Toeppen, Akten d. Ständetage Preussens IV, p. 354. 355.

spoliatione et occupatione nonnullarum terrarum ad Warmiensem ecclesiam spectantium domino Bernardo basilicae duodecim apostolorum presbytero cardinali ad Warmiensis episcopi capitulique instantiam audiendam commiserimus et fine debito terminandam iidemque episcopus et capitulum dubitent, vos propterea contra eos commoveri, haec moleste non ferentes predictam Warmiensem ecclesiam ac ejus personas, terras, possessiones, et subditos propter premissa aliquatenus non turbetis seu etiam molestetis nec desistatis, quin terram et dioecesim Warmiensem ab insultibus infidelium, prout viriliter et potenter consuevistis, defendatis, in hiis taliter vos habendo, quod devotionis vestrae promptitudinem non immerito commendare possumus.¹¹⁾ Docet quoque bulla Gregorii papae XI. data apud Villam novam Avignonensis dioecesis quarto Non. Sept. anni 1371, qua magistro ac praceptoribus domorum ejusdem Ordinis mandat, „quatinus pro nostra et apostolicae sedis reverencia ac etiam vestrae salutis intuitu ad bonam concordiam vos disponatis et a quacunque turbatione et molestatione ecclesiae Warmiensis et ejus jurium cassetis necnon fratres dicti vestri hospitalis, qui nonnullas terras et possessiones dictae Warmiensis ecclesiae etiam post inhibitionem per felicis recordationis Urbanum papam V. predecessorem nostrum eis factam invasisse dicuntur, corrigatis et fratres ipsos ad restituendum ablata dictae ecclesiae compellatis cum effectu.¹²⁾ Accedit, quod dominus Johannes episcopus Warmiensis ad papam Avignonem confugere¹³⁾ arbitrique, qui controversiam usque ad festum s. Martini episcopi anni 1372 componere jussi erant, diem quater prorogare coacti sunt¹⁴⁾, quapropter duo ex iis Jacobus Engelgerus et Nicolaus de Pontkaw canonici Wratislaviensis ecclesiae in Prussiam redire recusaverunt; „nam per ipsos arbitros“, ut eorum procurator verus et legitimus Johannes Guswini, advocatus consistorii Wratislaviensis, explicavit, „non stetit, quominus limites, de quibus questio fuit, inter prescriptas partes (sc. Ordinem et ecclesiam Warmiensem) describerentur et signarentur eo quod cum arbitri certa juris dubia habuissent quam plura nec potuissent in unum aequaliter convenire ipsa juris dubia ad juris peritos scribere voluerunt vel Wratislaviam aut Pragam vel Paduam seu Bononiam vel ad dominos auditores sacri palatii apostolici sedentes in rota, ut eisdem arbitris darent et rescriberent consilia in praemissis, dictus vero dominus magister cum suis praceptoribus noluit consentire, quamvis pars domini episcopi, capituli et ecclesiae consenserat tunc expresse. Ex quo liquide constat, quod si hodie in Prussia forent, nil agerent ex quo super juris dubiis, quae habent, non permittentur peritorum consilia extra ipsorum terras petere, requirere ac habere.“ „Item“, pergit Johannes Guswini, „sunt et aliae rationabiles causae eosdem dominos meos Nicolaum et Jacobum excusantes ab ulteriori assumptione arbitrii supradicti; nam promissa alias eisdem dominis meis facta per dictum dominum magistrum et praecceptores non plene sunt servata, quia idem dominus magister promisit conductum facere et dare eisdem dominis, dum partes illas exirent, quod postea non fecerunt, propter quod eosdem dominos meos in eorum abcessu transire cum magno timore rerum et corporum oportebat. Item ex aliis gestis cum eisdem et ex indignatione eis impensa timent sibi verisimiliter pericula evenire, si ad partes Prussiae redirent, nam magnus commendator et primus post magistrum dicti ordinis ante ipsorum recessum in mensa domini magistri in Marienburg consedens in medio dominorum meorum Nicolai et Jacobi comedensque cum dicto domino Jacobo ex una scultella per duo prandia et per duas cenas non loquebatur eis verbum¹⁵⁾ Quae cum ita sint, Plastwici testimonium illud magistrum generalem destricto ense dominum Johannem episcopum inter-

¹¹⁾ Mon. Hist. Warm. II, 439. 440.

¹²⁾ l. c. II, 445. 446.

¹³⁾ l. c. III, 64.

¹⁴⁾ l. c. II, 472. 473.

¹⁵⁾ l. c. II, 486. 488.

ficere conatum esse re vera probilitate non est destitutum. Winricum, si id fecisset, crudelissimum tyrannum, ut ait Toeppen,¹⁶⁾ fuisse oportere nostro jure negabimus, quandoquidem illius aetatis homines proclives erant ad res gladio gerendas.¹⁷⁾

Tum Toeppen Plastwico magno criminis dat, quod silentio praetereat Henricum episcopum Warmensem anno 1410 ex ipsa clade prope Tannenberg accepta ad Vladislauum Poloniae regem defecisse eique jurejurando ad fidem obsequiumque se obstrinxisse, disertis autem verbis exponat, postquam rex et dux Lithuaniae Witoldus cum exercitu de Prussia recessissent, magistrum Henricum de Plauen omnibus fere castris, oppidis, ordinis territoriis parvo spatio temporis intermisso recuperatis dominum episcopum „eo quod partem dominii ecclesiae illaesam conservasset“ capitali odio persecutum esse; quem omnibus sibi paeclusis viis permutato habitu vix evasisse. Tum magistrum toto ecclesiae territorio occupato ecclesiae subditos ad homagium sibi praestandum compulisse, omnia quoque castra et allodia ecclesiae spoliasse dominumque Henricum episcopum in exilio esse annos quasi quattuor coegisse. Quamquam Toeppen vim illam a magistro generali ecclesiae Warmensi illatam ex proditione tantum episcopi manavisse asseverat; inde apparere chronicus scriptorem narrando dedita opera falsa veris admiscuisse.¹⁸⁾

Nihilominus autem nos Henricum episcopum Warmensem proditorem fuisse prorsus negamus. Quod enim post ingentem cladem Tannenbergensem et res infelices, quae statim subsecutae sunt, de salute Ordinis desperavit, non mirandum est, quoniam ipse desperavit Ordo et eastra oppidaque vix defensa victori hosti in manus tradidit.¹⁹⁾ Quid quod eo tempore ne animi praesentia quidem et paeclarilla illa res ab Henrico de Plauen, praeciptore de Schwetz, gesta, defensionem dico castri sanctae Mariae, prostratam Ordinis dominationem in Prussia restituere potuit, si Lithuanorum ducis interfuisset eam funditus everti! Nil aliud saluti fuit Ordini, nisi quod Witoldus, ne ipse se imperiumque suum in disserimen adduceret, regis Poloniae potentiam ampliorem fieri noluit.²⁰⁾ Quis est igitur, qui tota jam terra Culmensi, excepto dumtaxat castro Rheden, expugnata, Pomesania et Pogesania sub regis ditionem redacta, ex majoribus terrae civitatibus Elbingo et nisi omnia fallunt Brunsberga Polonorum partes sequentibus, Gedano et Thoruno condiciones obsequii postulantibus, meridiana ecclesiae Warmiensis parte ab hostibus perusta et devastata,²¹⁾ quis est, qui Henrico episcopo vitio vertat, quod eo consilio, ut ecclesiam suam, quam maxime potuit, belli calamitatibus prohiberet, in castra Vladislai regis ad Marienburg posita venit et una cum ceteris terrae episcopis se „pro vero domino et possessore terrae Prussiae eum tenere et habere eidemque et sacrae coronae regni Poloniae fideliter in omnibus licitis et honestis adhaerere velle bona fide“ pollicitus juramentum praestitit.²²⁾ Etenim ecclesiae suae Warmensi aliter consulere vix potuit.

Neque tamen Plastwicus silentio tegere vel dissimulare voluit episcopum Warmensem causam Vladislai regis secutum esse. „Et rex“ inquit „cum duce praefato obtinuit quasi omnia paucis exceptis ordinis castra, oppida et dominia, magistro et commendatoribus principalibus in bello interfectis. Quod sagaciter mente revolvens dominus Henricus episcopus memoratus, cupiens pro viribus ecclesiae suae indemnitate succurrere, cuius jam pars magna hostiliter exstitit devastata, accessit ducem

¹⁶⁾ Altpr. Monatsschr. 1868 p. 527.

¹⁷⁾ cf. Lohmeyer, Gesch. v. Ost- u. Westpr. p. 225.

¹⁸⁾ Altpr. Monatsschr. 1868 p. 526; cf. Mon. Hist. Warm. III, 83. 84.

¹⁹⁾ cf. Voigt, Gesch. Preuss. VII, 100 sequ.; Caro, Gesch. Pol. III, 337 sequ.; Thunert, Der grosse Krieg zwischen Polen und dem deutschen Orden p. 24 sequ.

²⁰⁾ cf. Thunert, l. c. p. 37. 38.

²¹⁾ l. c. p. 28 sequ.

²²⁾ cf. Caro, l. c. p. 342 no. 3; Toeppen, l. c. I, 141.

Witoldum obtinens ab eodem, quod per exercitum ulterius dominio ecclesiae parceretur.²³⁾ Quae Lithuaniae ducem episcopo nisi ea condicione, ut cum Polonis staret contra ordinem non concessisse, in promptu manifestumque est, quapropter Plastwicus commemorare optima cum fide supersedit.

Sed ut episcopus Warmiensis juramento Polonorum regi praestando perfide in ordinem egerit et Plastwicus eam rem consulto reticuerit; tamen prorsus merito magister generalis injuriae ecclesiae Warmensi illatae graviter accusandus est. Nam quid fecerat aliud dominus Henricus episcopus, nisi quae una fecerant episcopi Culmensis, Pomesaniensis, Sambiensis, majores et minores terrae communitates, vasalli, immo maximus fratrum ordinis numerus? Et his omnibus hostium exercitu e Prussia expulso plane venia impunitasque data est, excepta sola ecclesia Warmensi, in quam Henricus de Plauen, quidquid irarum animo conceperat, effudit.²⁴⁾ Ratio probabilis, qua ductus magister generalis episcopum Warmensem praeter ceteros implacabili odio prosecutus sit, non est reddenda, quam ob causam Toeppium Plastwico, quod ejus rei mentionem facere audet, opprobrio vertere jure miramur.

Denique Tceppen reprehendit Plastwicum, quod foedus a capitulo Warmensi cum vasallorum communitatumque liga a. d. XVI. Cal. Mart. anni 1454 factum, quamvis sanctioni ipse interfuerit, silentio dissimulaverit.²⁵⁾ Sed alio loco²⁶⁾ nos probavisse putamus canonicos ecclesiae Warmensis foedus, quod nominat Toeppen, cum seditiosis terrae Prussiae incolis minime iniisse, immo a liga abhorrentes necessitate coactos cum ea stetisse, quam rem quod praetermisit chronicus scriptor, vix quisquam me judice in malam partem interpretari poterit.

Quamquam igitur argumenta, quibus nixus Toeppen a Plastwico fidem abjudicat, si diligentius inspicimus, futilia sunt, tamen usque ad haec nostra tempora ejus opinio durat, ut nuperrime Brüningius quidam dissertatione levissima quidem et parum subtili, quae inscribitur: „Die Stellung des Bistums Ermland zum deutschen Orden im dreizehnjährigen Städtekriege“²⁷⁾ Plastwico sine judicio, auctoritate sola Toeppii fretus fidem, quotiescumque non est in suam rem, prorsus abrogare, immo mendacii eum et simulationis dissimulationisque arguere non dubitet. Ut igitur, quantum in nobis est, questionem, utrum Plastwico fides habenda sit necne, dijudicemus, non alienum esse videtur, ejus scripta diligenter perlustrare atque videre, num et quatenus convenienter cum ceteris, quae supersunt, fontibus fide dignis. Initium facio disquirendi ab eo Plastwici libello, cui titulus est: Die tegedinge der thumheren vnde houelewten.

Et primo quidem Plastwicus narrat magistrum generalem et praeceptorem Elbingensem post pugnam ad oppidum Conitz commissam (a. d. XIV. Cal. Oct. 1454) etiam atque etiam ad capitulum ecclesiae Warmensis ejusque oppidum Allenstein scripsisse admonentes, ut in Ordinis fidem et tutelam redirent, quod canonicos facientes certis pactis condicionibusque ante diem XVI. Cal. Aug. Ordinis fratres in castrum et oppidum Allenstein intromisisse.²⁸⁾ Quae ad verbum fere consentiunt cum iis, quae acta publica in tabulariis et Regiomontano et Warmiensibus extantia continent. Jam die s. Galli (XVII. Cal. Nov.) anni 1454 praceptor Elbingensis, Henricus Reuss de Plauen, ad cives oppidi Allenstein scripsit in hunc modum: „Als ir denne wisset Gewerke vnd ganteze gemene der stadt Allensteyn, das ir swerlich geirrith habd, indeme das ir eüch von vnszerem hern bisschove geworffen

²³⁾ Mon. Hist. Warm. III, 83.

²⁴⁾ cf. Voigt, I. c. p. 152 sequ.

²⁵⁾ Altpr. Monatsschr. 1868, p. 525. 526.

²⁶⁾ Ermländ. Zeitschr. 1894. Band 11, p. 118 sequ.

²⁷⁾ Altpr. Monatsschr. 1892. Band 29, p. 1 seq.

²⁸⁾ Mon. Hist. Warm. III, 139—143.

habd . . . so vermanen, heschen vnd irfordern wir euch wedir, das ir noch loszet von ewerm irthum . . . vnd irgebet euch vnszerem Homeister vnd seime orden in beschirmunge. Wir haben seine gnode gebeten mit andirn herren vnd frunde, das euch der here bisschoff zuu gnaden sal vffnehmen vnd nicht arg mit arg zuu rechen vnd sullet sicher sin als verre ir das that an ewern leibern gutteren begnodunge vnd freieten, doran keinsz sal vorkortezit werden, worde abir das nicht gescheen, sundir ir euch lenger in semlichem irthum wedirsetezit, so musten wir euch mit dem swerte vnd fewir obirczien, euch auch mit sampt den vmmellegenden dorffern sam fribeler grundlich vorherin vnd vorterbin, dor vsz ir alle wol czien moget vnd dirkennen, was frommen vnd gedeyunge euch vnd andirn hir von entstunde . . .²⁹⁾ Et iterum pridie Idus Mart. anni 1455: „Lieben besundern. Als ir denne sehet, wie yn swerer vaer itczunt steen disze lande, . . . also bitte wir euch von vnsers homeisters, vnsirm vnd vnsers ordens wegen mit fleysze, das ir wol thut, euch zuu vnserm orden setzet vnd vnserm orden die stadt offent vnd ingebt, so das wir dy vnsern doreyn legen vnd vnsere vinde dorawsz suchen mogen, dach vnschedelich ewern herren an eren herlichkeit, auch euch vnd der stadt vnschedelich an ewren freyheiten, priuilegien vnd rechten, dy aller yn erer volkomener macbt sollen bleyben. Wer es aber euch nicht willig, das wir doryn legeten etczeliche geste, so wellen wir euch doryn geben vnszir bruder vnd hofegesinge vnd wir gelowben, das die selbigen nymande das seyne sullen nemen, sunder allerley was sie vorczeren, das sullen sie beczalen. Ouch gelowben wir vor vnszirn homeister, vnssern orden vnd alle die vnsern, das ir alle vnd eyn itczlicher von euch sollet seyn vnd bleyben sicher liebes vnd aller euwer guther, der ir auch in keynerleyn weys emplosset addir berouvet, sunder in aller guttikeit frudlich vff genomen, gehandelt vnd gehandhabt sollet werden mit der tat, dy ir also sicherlich sullet beiadnen.³⁰⁾ Die visitationis Mariae (a. d. VI. Non. Jul.) ejusdem anni certiorem facit Moschik de Swynaw, praefectus Ordinis castro Hohenstein magistrum generalem, quid cum canoniciis egerit: „Als ewirer gnade wol wees, wie die sachen czwusschen den thumhern von der frawenburg vnd der stadt allensteynne gewand sein, so geruche ewir gnade zuu wissen, das her Johannes Plastewig thechint der selbigen kirchen als gestern zuu nachte alhie bei mir vffim hawsze in kegenwertigkeit des komphthures zuu grawdentz gewest ist vnd mit mir handelunge vff den vffgenomenen vorgangenen tag gehabt hot . . . so hoth her mir bei trewen gelobit, das das hawsz allensteynne nymandes andires denne ewirm orden vnde den ewirn geöffent vnd zeugebote steen sulde vnd welchen tag das die heren zcure frawenburg in sicherunge komen, her mich mit so grosser macht als ich mag haben, wil in lossen, idoch das die inmann der stadt allensteynne von ewirn gnade sicherunge leibes guttes vnd ire gerechtikeiten mochten haben. Dorombe ewir erwirdige gnade ich zuu mole dienstlich bitte einen sicheren brieff bei der stunde ewir gnade brieff an mir sprechende vorslossen welde schigken, vff das die leuthe do mete dirwechit worden vnd die sochen ein gut ende mochten gewynnen.³¹⁾ Cui duobus diebus post Ludovicus de Erlichshausen rescrispit: „Alse ir vns schreibet, wie das her Johannes Plastewig bey euch sey gewesen vnd handelung mit euch gehabet habe . . . so geben wir euch volle macht vnd gewalt, das ir die Thumhern vnd die iren vnd auch die gemeine zuu allenstein sichert von vnsern wegen leibes vnd guttes vnd das wir sie auch wellen lassen bey allen iren priuilegien vnd gerechtikeiten, die sie gehabt haben

²⁹⁾ Arch. Cap. Frauenb. L. Nr. 74. cf. die tegedinge l. c. p. 139: Noch dem sich disze lande vnde stetc von des Herren Homeisters vnd seines wirdigen ordens gehorsam vnde beschirmunge geworffen hatten . . . so hot vns her Homeister, der her komphthure vom Elbinge geschrieben dem Capittel vnde der Stadt zu Allensteyn etc.

³⁰⁾ Arch. Cap. Frauenb. S. Nr. 6. p. 1. cf. die tegedinge: Item dornoch zuu mitfasten der selbige here komphthure von wegen des here Homeisters vnde gantzen ordens andirweith zuu Allenstein hat geschrieben etc.

³¹⁾ Arch. Regiom. d. 2. Juli 1455. cf. die tegedinge: Item dornoch haben die Thumheren mit Her Musicken . . . handelunge gehatt.

vnd dorinne wir sie gefunden haben von der czeit, do wir zu homeister sein gekoren, vnd was ir en zeusaget von vnsern wegen, dorinne geben wir euch volle macht vnd geloben das stete, veste vnd vnuorbrochlich zu halden . . .³²⁾ Proconsulem autem, consules civesque Allensteinenses pridie Non. Jul. adhortatus est sic: „Lieben besundern . . . dorumbe so begeren wir von euch vnd ermanen euch, ir wellet ansehen euwer ere vnd euch zu herczén gehen lassen deser lande vorterben vnd wellet euch widder keran vnd wenden zu vns vnd vnserm orden, dach euwern hern vnschedelich. So ir das thut, sichern wir euch leibes, lebens, eren vnd gutter vor vns, alle vnser gebittiger klein vnd gros, alle bruder vnsers ordens, vor alle die vnsern vnd die vmbre vnsern willen thun vnd lassen sullen vnd wollen, das wir einsulchs, so ir euch widder zu vns werdet setzen, an euwern leibe vnd gute nymmer rechen wellen, vnd geloben vnd vorheisen euch auch, das euch an euwern priuilegien, dorinne wir euch gefunden haben, die weile wir homeister sein gewesen, die ir habt von euwern hern, keins vorkurczt sulle werden, auch sulche oberfarunge, die ir an uns vnd vnserm orden getan habet, nymmer vffezuheben nach in arge zu gedenken czu ewigen czeiten bey gutten truwen vnd in crafft deses brieffes.“³³⁾ Et simili modo praecceptor Elbingensis vigilia Margaretha virginis (a. d. IV. Id. Jul.): „Lieben frunde . . . wir vormanen euch, heischen vnde erfordern euch, das ir von sulchem vnrechten bunde tretet, vnde euch widder in vnsers ordens beschirmunge vnde vnser beschirmunge widder gebet, vnschedlich der rechtigkeit ewerer hern. Als verre ir das thun werdet vnde euch zu vns geben, so sichern wir euch von vnsers Homeisters wegen, vor vns vnde alle den vnsern an ewern leibern, guttern, begnadungen, priuilegien vnde freiheiten. Dorane euch keines sal vorkorezet werden, sunder es sal in allem gute gniedlich erkanth werden, in czukomftigen czeiten sulcher obertretunge nymmer zu gedencken.“³⁴⁾ Ante diem XVI. Cal. Aug. edocet praecceptor de Graudenz magistrum generalem: „Noch deme als ewir gnode wol wees, wie her Muschik mit den Thumheren itezund zu allensteynne vnd die stadt in teidinge gestanden hot etc, so geruche ewir gnode zu wissen, das als gestern der techint mit eyme auss dem Rethe allensteynne bei her Muschiken gewest sein vnd ire vorword vorgenomen haben, der sie denne vff die czeith irend halben nicht mochten eyns werden, so das her Jorge von sliffen, Jorge label vnd andir gute hoffeletue sich mit worten dorin legeten vnd die herren vff das besten bedewthen . . . vff sulchen zeusagen haben sie her Jorgen von sliffen, her Muschiken, Jorgen label mit seiner Rothe obir all me denne mit VI^c pferden mit gutter eintracht inglossen. . . .“³⁵⁾ Et die nona mensis Martii anni 1457 notario publico compluribusque testibus praesentibus Nicolaus Dewyter, consul magistrique civium oppidi Allenstein collega, „pro se tamquam principalis cum discretis et honestis viris Erasco Beme, Salamoni Hoensteyn, Jordano Spitaw, oppidi praefati Allenstein concivibus, testibus suis legitimis, in fidem et firmitatis testimonium erectis eorum digitis in formam juramenti in medium proposuit; quatenus anno domini 1455 ipsa die s. Alexii confessoris ipsis dominis Wilhelmo de Helffensteyn, commendatori de Grudentz, Ulrico Kynsberg, aduocato de Zoldaw et ceteris ipsis Ordinis sanctae Mariae fratribus, strenuis et famosis viris Georgio de Slyuen, Georgio lobyn, Muzyko de Swynaw et ceteris principalioribus ipsis ordinis s. Mariae stipendiariis et curialibus ac rotulis eorundem obviam ad certa stadia viarum cum dominis et prelatis

³²⁾ Arch. Regiom. d. 4. Juli 1455; cf. die tegedinge: also das der herre Homeister gap her Musicken eynen vorsegelten brieff inhaltende, was her Musick den heren vnd burgern worde vorsichern, das sulde vom im vnd seinem orden vnuorbrochlich gehalden werden.

³³⁾ Arch. Regiom. d. 6. Juli 1455. cf. die tegedinge: Dar noch santhe der her Homeister in einen brief inhaltende etc.

³⁴⁾ Arch. Cap. Frauenb. L. Nr. 68. 1. cf. die tegedinge: Item dornoch haben die vorgenante Thumhern vnde Burger eynen brieff des herren Homeisters vnde auch czweyne briiffe vom herren komphure vom Elbinge entfangen och das selbige inhaltende.

³⁵⁾ Arch. Regiom. d. 17. Juli 1455.

suis cum honesto comitatu processissent, securitates, assignaciones, condiciones, pacta ac promissa vota priora domini Ludowici, magistri generalis Pruziae, et domini Hynrici Rowze de Ploen, commendatoris de Elbing, ab eisdem dominis et stipendiariis, curialibus et rotulis eorundem omnia petissent et postulassent assignacionibus, pactis, securitatibus, votis, promissionibus, condicionibus novis roborare et confirmare ac securitates et condiciones eis alias dictas inviolabiliter observare.“³⁶⁾

De condicionibus autem, quibus canonici Warmienses Ordinis fratribus et armatis castrum oppidumque capituli Allenstein aperuerint, Christannus de Tapiaw, plebanus in Melsag et vicarius ecclesiae Warmiensis, qui ipse interfuit rebus, juratus testificatur³⁷⁾ eos, priusquam intromissi essent, pollicitos esse „primo sub fide et honore, quod non vellent se intermittere de eleccione capitanei, sed domini canonici de capitulo deberent habere auctoritatem eligendi capitaneum eis conuenientem. Item quod stipendarii stipendum non a dominis de capitulo extorquere et petere deberent, cum non propter dominos de capitulo, sed propter magistrum et suum ordinem ad recuperandum terras, ciuitates, opida, castra per ipsos colligatos obsessa ad opidum Allensteyn sint intromissi. Item quod stipendarii preter voluntatem dominorum de capitulo ecclesiae warmensis opidum eorum Allensteyn occupare non deberent. Item promiserunt omnes literas et promissiones magistri et preceptorum exhibitas inviolabiliter observare, necnon dominos de capitulo cum opido et castro Allensteyn in omnibus dominiis, bonis, libertatibus et privilegiis manutencere et conservare. Item si contingeret dominos de capitulo per se vel per suos in uno obulo molestare, pro eodem centuplum satisfacere vellent. Item quod, si ad opidum Allensteyn intromitterentur, omnes dominos de capitulo in ecclesia kathedrali existentes defendere vellent, aut eos cum omnibus bonis eorum ad opidum Heilgebeil aut tuciorem conducere vellent.“³⁸⁾ Eadem fere adjurat Georgius Langenau, filius proconsulis oppidi Allenstein, qui etiam „vidit, audivit et interfuit illis promissionibus.“³⁹⁾ Nicolaus Dewyter vero, quem supra commemoravimus, Georgium de Schlieben omnium nomine haec pollicitum esse pro testimonio dicit: „nos promittimus vobis sub fide et honore et sub omni nostra, qua fulcimur dignitate, omnia premissa, vota, assignaciones, condiciones, pacta pactata, securitates et literas magnifici domini Ludowici, magistri generalis Pruziae, et suorum et sui Ordinis, in quorum seruicio existimus, inviolabiliter, infallibiliter, sine omni prorsus suspicione et lesione sanas, integras, inviolatas obseruare et nullo temerario ausu seu quocumque quesito colore contradicere. Insuper promittimus stipendia nostra nullatenus a vobis postulare sed a magistro generali ordinis sanctae Mariae, et tamquam hospites et advenae apud vos aliquam moram protrahere profectum Ordinis exinde viriliter consequi cupientes, ut premittitur. Rursum promittimus sub fide et honore nullam violenciam vobis aut alicui vestrum inferre, sed victualia nobis necessaria et oportuna nostro precio et pecunia comparare, et si quae dampna seu injuriae alicui acciderint, in duplo aut citra refundere promittimus. Demum promittimus nulla ratione vos a dominis vestris abstrahere et alienare, sed una cum dominis vestris et prelatis vos tamquam fidissimos amicos et pios fautores Ordinis s. Mariae fovere et defendere et tueri.“⁴⁰⁾ Denique est charta tabularii Regiomontani hujusmodi: „Disze nochgeschreben artikel haben die herren des Capittels der

³⁶⁾ Arch. Regiom. LXIV. 2. cf. die tegedinge: Item dornoch am Donnertage noch diuisionis apostolorum haben die Thumherren mit her Musicken abir handeling gehat. Dor bey sein gewest etc.

³⁷⁾ castro enim Allenstein a Georgio de Schlieben, mercennariorum ordinis duce, expugnato quidam qui ibi fuerant, homines et clerici et laici Bartholomeo Liebenwald, canonico ecclesiae Warmiensis auctore, ut ad futuram rei memoriam veritati testimonia perhiberent, coram domino Nicolao episcopo Sambiensi testes rerum in occupando dicto castro gestarum citati sunt, quorum jurata reperies in Mon. Hist. Warm. III, 160 seq.

³⁸⁾ Mon. Hist. Warm. III, 185. 186.

³⁹⁾ I. c. III, 192. 193.

⁴⁰⁾ Arch. Regiom. LXIV. 2. cf. die tegedinge p. 143: Noch den vorgeschreben vorschreybungen vnd beteidungen haben die vorgenannten hoffelewten vnde eyn itzlicher besunder gelobet mit hande vnd mit munde etc.

kirchen zeur frauwenburg betedinget vnd seyn in alle zeu gesaget vnd alzo gelobet vnuorseret zu halden, so sie sich widder in des homeisters vnd seines ordens beschirmunge gaben mit dem slosse vnde stadt Allensteyn.“ Sequuntur condiciones cum condicionibus, quas habent „Die tegedinge“ congruentes atque insuper haec: „Item das alle erbarleuthe nemlich her Baltasar Scayboth vnd alle freyen, die bey in weren, sicher an leiberen vnd alliren guttiren seyn sulden aldo zeu bleiben adder weg wohin sye geloeste zu cihen.“

Item das men ober all nicht vornehmen noch keinerley sachen die stadt adder slosz zu be stellen ane rath, wissen vnd willen der herren des capittels handelen sulde.“⁴¹⁾

Deinde Plastwicus in „die tegedinge“ quae vocantur, conqueritur, quod Ordinis mercennarii, ubi primum in oppidum Allenstein intromissi fuissent, condicionibus, de quibus conventum erat, minime steterint. Uberius enarrat equitem Georgium de Schlieben, mercennariorum capitaneum, insciis et invitis canonicis praefectum oppidi electum esse eundemque non ita multo post castri quoque imperium, quod capitulum Wilhelmo de Helfenstein, praceptor de Graudenz, mandavisset, appetivisse, ut diu reluctatus invitatusque, sed victus tandem assiduis praceptoris Wilhelmi ac ceterorum Ordinis fratrum vocibus capituli decanus Georgium supra memoratum cum quinque vel septem hominibus armatis neque vero praefecti loco in castrum se recepturum esse pollicitus sit, quam concessionem aspernatum Georgium ad magistrum generalem et praceptorum Elbingensem provocasse; provocasse autem ad eundem etiam canonicos.⁴²⁾

Quas omnes res quam sincere pronuntiaverit Plastwicus, denuo confirmant litterae publicae. In altero enim folio chartae tabularii Regiomontani, quam modo laudavimus, legitur: „Item ober sulche betedigunge haben die hofeleuthe ane vnseren wissen vnd willen her Jorgen von Slefien zeum houptmanne gemacht in der stadt. Item so hisschendie geste am dritten tage die slossel zeur stadt; alzo wart es beslossen, das sye noch alder gewonheit bey dem rathe der stadt bleiben sullen. Item so begerten auch die geste die gerichte in der stadt; alzo wart es aber mit in beslossen, das die gerichte noch der betedigunge vnd vorschreibung bey dem capittel bleiben sulden, denn die auch ire herlichkeit anzurende waren. Item so begerte auch her Jorge von Slefien, das wir in vffem Slosse legen welden losen, vnd alzo durch bethe wille des herren komphurs von grwdencz, her kynsbergers vnd Jorgens von loben sagete wir im zeu, das her salachte alzo lange vns das behagen worde bey vns vffem slosse legen mochte idoch nicht vor einem houptman, denn wir in vor keinen houptman vorliebet hetten vnd auch vffem slosse nymande; denn einen herren des ordens vor einen houptman haben welden, vnd bezunder sagete wir im eyn sulchs zeu, das wir gancz gehoft hetten, das die herren bey der kirchen zeur frauwenburg noch deme vns gelobet was gesichert waren, das denne leyder nicht geschen ist. Item so haben auch die hofeleuthe vns wss vnserem vorwercke all vnser futer mit gewalt weg gefurt vnd vorfutert, die burgeren an eczlichen pferden, an irem phie vnd andern guteren beschediget, drey vnser dorffer gepucht vnd gruntlich vorterbet vnd auch eczliche vnser arme leuthe in den todt gewunt, geslagen vnd gefangen.“⁴³⁾ Ante diem IV. Cal. Aug. canonici ad magistrum generalem inter alia haec scripserunt: „Ouch gnediger here, so hot vns ewer gnade vnd der here komphir vom Elbinge durch schrifte zu gesaget, das wir von ewern gnaden ewirs ordens halben vnd der ewern keynen vnwillen adder beswerunge sulden haben etc. Idoch so hot her Musigk vns eyn dorff am neesten Sontage vsgepochet vnd auch dy geste am selbigen tage, do sy von hynne

⁴¹⁾ Arch. Regiom. d. (17. Juli 1455). cf. die tegedinge: Do hott man den Thumheren und Bürgern zugesagt disze noch geschreben Artikel etc.

⁴²⁾ Mon. Hist. Warm. III, 143. 144.

⁴³⁾ Arch. Regiom. d. (17. Juli 1455). cf. die tegedinge: Sunder noch erem inloszen haben sie keine zusagunge gehalden; wen sie koren ane der thumheren willen vnde wyszen her Jorgen von Slifin zu eime houptman etc.

czogen, vnsern burgern X pferde mitte haben genomen vnd in vnserm dorffe ditrichswalt XVIII pferde vnd sost veil schaden getan, do durch dy lewthe sere vorbittert werden vnd auch andirs wo dirschrecken. Ouch gnediger here, so habe wir den hern komphur von Grudentz mit etlichen hern ewers ordens vnd vir dyner ewern gnoden me wen mit XXX pferden zuu vns genomen off vnser slos ewern gnoden zuu willen vnd dinste mit vnser grossen beswerunge, wen wir sere arm synt, dor obir synt etliche houeluthe, dy sam mit gedrange off vnser slos wellen widder ewer gnaden vnd des hern komphirs vom Elbinge briffe an vns gesandt. Dorvmme . . . ewer gnade den houeluthen alhy welde schriben, das se vns an vnserm slosse vngedranget wellen lassen, noch deme vns zuu gesaget ist, wen wir slechtis keynen widdir dy vorschribunge off lossen wellen, wen dy ewirs ordens synt vnd ewer gnaden houegesinde, vnd getrwen, ewer gnade wirt vns oberges gedranges wol entsetzen vnd vnser gnediger here vnd beschirmer syn . . .⁴⁴⁾

Quantopere vero Georgius de Schlieben magistro institerit, ut eo intercedente castri Allenstein praefectus fieret, docet epistola a Ludovico de Erlichshausen Non. Sept. praeceptoris de Osterode missa: „Her komphur . . . vns hat her Jorge von sliwen gesaget, wie das die Thumhern vnd die preusen das slos inne haben vnd keinen vnserer hoffeute inlossen wellen, darus vnsern hoffeuten, vns vnd vnserm orden ein grosser schaden entstehen mochte. Ouch vernemen wir, wie das die burger die slussel zcur stadt vnd das die hoffeute der nicht macht haben, das denne auch nicht gut vnd vnnutzlich vor vns ist, so haben wir Kinspergern dem voithe zuu soldaw geschreben, das der zuu euch sulle kommen, wenne der zuu euch kompt, so beuelen wir euch mit sunderlicher begerungen vnd so wir hochste sullen vnd mogen, ir wellet euch mit dem genanten Kinsperger vffmachen vnd mit sampt her Jorgen von sliwen ken allenstein reiten vnd die ding vffs aller bekwemste vnd gelimpfflichste so ir konnet vnd moget an die Thumhern brengen, das die vnsere hoffeute vffs hwsz wellen lassen, uff das sie das mite mogen innehaben, desgleichen das der rad den vnsern gesten den houbtleuten auch die slussel zcur stad welden antworten, uff das sie der stad auch mechtig sein mochten . . . zuu desen dingen nemet zuu hulffe den komphur von Grudenz, der iczund alda ist.“⁴⁵⁾

In extrema denique parte libelli Plastwicus de iis disserit rebus, quae in ipsa occupatione castri Allenstein acciderunt: Jam die s. Johannis (a. d. VI. Cal. Jan.) anni 1455 Ulricus Kingsberger, advocatus de Soldau, in castrum venerat a canonicis hospitaliter et benigne exceptus, quos die insequenti una cum praeceptore Wilhelmo de Helfenstein magistri generalis mandatu oravit atque obsecravit, ut ratione habita eorum, quae Ordini conducerent, Georgium de Schlieben praeficenter castro. Canonici deliberandi sibi unum diem postulaverunt, quo praeterlapso cum Wilhelmus de Helfenstein denuo confirmasset, se capitulo fidem usque ad mortem omnimodo servaturum esse, postulatum iniquum primum denegaverunt. Tamen ordinis fratribus pollicitis sine dolo malo se acturos esse, Georgium eodem die cum quattuor aliis, ut ipsi cum eo tractarent, in castrum intromiserunt, quod quidem male eis cessit. Nam Wilhelmus de Helfenstein et Ulricus Kingsberger Georgio de Schlieben obsecuti canonicos in suo ipsorum cubiculo inclusos coegerunt, ut Georgium se omnia et magistri generalis et praeceptoris Elbingensis promissa inviolabiliter tenere velle pollicitum castri praefectum agnoscerent; tum promissis non stantes dominis Arnaldo praeposito, Johanni decano, Arnaldo Clunder, Nicolao Weterhey, canonicis certisque aliis presbyteris ac clericis cum eorum familia manus injecerunt, eos ceperunt, castro potiti omnia vasa argentea et aurea, ornamenta, calices, libros, vestes, equos et pecora,

⁴⁴⁾ Arch. Regiom. d. 29. Juli 1455. cf. die tegedinge p. 144: So haben die selbigen thumheren, dy vorgenannten herren Homeister vnd Komphure dirmanet vnde gebeten, das men se bey der zcusagunge vorschreibunge vnd be teidunge welde loszen etc. cf. quoque Mon. Hist. Warm. III, 186. 193. 197. 200.

⁴⁵⁾ Arch. Regiom. d. 5. Sept. 1455.

cum capituli tum episcopi in castro reperta occupaverunt, canonicos dies multos custodia tentos nudos et vacuos dimiserunt.⁴⁶⁾

Quaecumque Plastwicus exponit, ea ad verbum confirmantur commentatione quadam, cui est index: „Der Bericht des Domkapitels“,⁴⁷⁾ sed cum a confratribus Plastwici conscriptae fides abrogetur⁴⁸⁾ — quo quidem jure, nescimus — omittamus eam, ut chartis innisi juratisque, quibus tuto fidem habeas, Plastwicum vera dixisse, evincamus. Audiamus enim testes: „Item dicit, (sc. Nicolaus Hofeman) quod Wilhelmus de Helfensteyn sine jussu et voluntate dominorum de capitulo in castro existencium intromisit Ulricum Kingsberger cum XVI personis vel citra armatis, quos domini de capitulo satis decenter et humaniter in victualibus tractarunt, in propria mensa cum eisdem per tres dies amicabiliter fabulantes, qui Ulricus Kingsberger una cum capitaneo Wilhelmo de Helfensteyn eodem tercio die dominos de capitulo ergastulo incluserunt.“⁴⁹⁾ Et iterum: „Ulterius dicit, (sc. Christannus de Tapiaw) quod domini de capitulo, videlicet prepositus, decanus etc. post inclusionem de mane hora nonarum miserunt Conradum Tostier, vicarium ecclesie warmiensis, ad Wilhelnum de Helfensteyn capitaneum, petentem ab eo, an promissa dominis de capitulo facta fideliter servare vellet, videlicet castrum Allenstein ad manus stipendiariorum non tradere nec a dominio capituli alienare, quod ipse tunc promisit sub fide et honore.⁵⁰⁾ Item dicit, quod prefatus capitaneus Ulricus Kingsberger et Georgius Lobel promiserunt pro Georgio de Sliuen milite ante ejusdem Georgii de Sliuen castri Allensteyn intromissionem, quod absque omni dolo et fraude deberet intrare cum quatuor personis prenominatum castrum, dumtaxat prefatis dominis de capitulo amicabiliter fabulando.⁵¹⁾ Item dicit, quod idem Georgius de Sliuen miles post detencionem dominorum videlicet prepositi, decani etc. promisit stipulata manu sub fide et honore eisdem dominis cum eorum familiaribus aliqua incommoda nec dampna inferre, quod eodem modo Ulricus Kingsberger et Georgius Lobel stipulata manu promiserunt.⁵²⁾ Wilhelnum vero de Helfenstein et Ulricum Kingsberger magistri generalis jussu egisse satis elucet ex ejusdem epistola, quam ad illum a. d. XVI. Cal. Jan. anni 1455 scripsit his verbis conceptam: „Her komphure, bey vns ist gewesen her Jorge von Sliwen vnd beclaget sich, wie das her mitsamt seynen hofeleuten in grosser ferlichkeit zu allensteyn lege, vnd nicht die helffte torren vsreithen, sich mit den finden zu bearbeiten, also das wol notezlich were, vnd her mit seynen hofeleuten eynsolchs auch gerne thun welde, wenne her sich nicht eynes ergern besorgete, das em vnd den seynen mochte wedirfare, wenne sie vffs sterckste ken vnseren finden vs der stadt rethen, des sie denne nicht bedurfft, so sie das sloss auch innē hetten. Hir vmbe so beuelen wir euch bey gehorsam vnd also wir ernste vnd hochste konnen, das ir bestellet vnd dorzu helfet, also ir beste konnet vnd moget, das her Jorgen obengeschreben vnd den seynen das sloss ingeantwort werde, solche ferlichkeit zu uormeyden, denne her das sloss vnd die stadt vns allen zu gutte vnd zu fromen wil

⁴⁶⁾ Mon. Hist. Warm. III, 144—149.

⁴⁷⁾ I. c. III, 149 seq.

⁴⁸⁾ Altpr. Monatsschr. 1892. p. 44. 3; 60. 1.

⁴⁹⁾ Mon. Hist. Warm. III, 198. 200. 202. cf. die tegedinge p. 144: So ist nw am Jore vnserns heren 1456 zu Weynachten an sancte Johannes tage offis hawsz gekomen her Ulrich von Kinsberger etc.

⁵⁰⁾ cf. die tegedinge p. 144: Das haben dy Thumherren eyn bedoch dor uff genomen vnd haben am Montage des morgens gesanth etc.

⁵¹⁾ cf. die tegedinge p. 145: Do sich die Thumheren swer dor ynne macheten, do sproch der Komphur etc.: Sie gelobeten bey trwe vnd ere das keine verlichkeit addir hinderlist doran sulde seyn etc.

⁵²⁾ Mon. Hist. Warm. III, 186. cf. die tegedinge p. 147: Do das dy Thumherren zogen, wy man mit yn vmmeginck, do sprochen sie: Her Jorge! wir sehen wol, is kann nicht andirs geseyn . . . Do gelobete her Jorge von Slieffen das bey trwe vnd ere etc. cf. quoque Mon. Hist. Warm. III, 180. 181.

halden vnd hat vns auch czugesaget, was wir den Thumherren vnd den in der stadt haben vor schreiben, das wil her stete vnd feste halden.“⁵³⁾

Quomodo autem Georgius castro occupato in canonicos eorumque bona saevierit, ejus rei nimis multa sunt documenta fidedigna, quam quae singillatim afferri possint, quapropter satis habeo gravissima quaedam attulisse. Christannus de Tapiaw testatur, „quod promissa non tenuerunt ex eo, quia prepositum, decanum etc. et alios presbiteros cum eorum familiaribus ceperunt et incarcerarunt, bona ipsorum inter se dividentes, necnon pontificalia, ornamenta, casulas et libros domini episcopi warmiensis moderni in eodem castro in custodia existentes simili modo ceperunt et alienarunt. Item dicit, quod aliquos familiares supremos castri Allenstein, videlicet Burggravium etc. ultra decem ebdomadas captivos detinuerunt et adhuc detinent, volentes ab eis extorquere duas tonnas pecuniarum repletas et XVI milia florenorum, quas asserunt in prefato castro per dominum Episcopum warmiensem et Commendatorem in Elbing sub custodia reposuisse.“⁵⁴⁾ Similiter Georgius Langenaw dicit, „se vidisse aliquos dominos per duas ebdomadas, aliquos per tres, in castro Allensteyn detentos et incarceratedos fuisse, et vestimenta et bona dominorum de capitulo inter se dividere incidentes (sc. mercennarii) in eisdem dicendo: Ecce, ego effectus sum decanus ecclesiae Warmensis. Alius verodixit, se fore canonicum etc. Item dicit non solum bona dominorum de capitulo, sed eciam bona familiarium ipsorum recepisse, depulendo eos inhumaniter de eodem castro. Eodemmodo bona virginum et viduarum in castro sub custodia existentia deportarunt inter se dividentes. Item quod antedicti Wilhelmus, Ulricus et Georgius etc. in castro existentes depulerunt de eodem castro dominos prepositum decanum et alios ibidem existentes. Ipsi sic expulsis, Wilhelmus, Ulricus et Georgius etc. compulerunt vasallos, consules, proconsules, communitates et villanos, ut omagia eis et magistro generali prestarent.“⁵⁵⁾ Adde, quod Ludovicus de Erlichshausen a. d. V. Id. Jan. anni 1456 scribit ad Georgium de Schlieben: „Also denne ir vnde andere hofelewte vns am nesten habet angelegen vnde wir euch daruff haben gegeben vnsern briff, darynne wir dem komphur zu grudencz vnde dem voithe zu soldaw haben geschrieben euch czubehelfen, das ir das sloss zu Allenstyn mochtet eyngekriegen, wir czweifeln nicht, euch sey gedechtlich, do wir euch solchen briff goben, saget ir vns zu, ir weldet kyns obiral thun, daz wedir vnsir zcusagen were, vnd getruwen euch wol, daz ir andirs nicht getan habet. Idoch so ist vns vorgekommen, wie ir den probist, techandt, andere Thumheren, vnsers heren bisschofs zu heilsberg capplane vnde auch etzliche andere prister, die vffsim hawze Allenstyn seyn gewest, da ir das haws habit eyngekregen, sollet haben gefangen, etzliche haldet ir nach in vorwarunge vnd etzliche habit ir mit gelobden vorstricket. Ir sollet auch en allen ire cleder, gesmeide, bucher, cleynot, pferde vnde gerethe vnde sunderlich vnsers gonstigen heren bisschofs zu Heilsberg pontificalia, messegereth, bucher vnde andere ding, die etzliche seyne getruwen em zu gutte dahlen in vorwarunge gebracht han, haben genomen vnd das allir vndir die gemeynen hofelewte gebewtet. . . .⁵⁶⁾ Et eodem fere tempore canonici ad magistrum generalem: „. . . Alzo haben vns die selbigen her wilm von helfenstein vnde her kinsperger euwers ordens ober euwer vnde ir czusagen mit her Jorgen von Sliuen in tegedinge gebracht, in welchen tegedingen vns von in allen zugesaget wart bey truwen vnde bey eren mit hant vnde mit munde, das vns alle gelobnisz, zusagen, brieue vnde sigel euwer gnoden vnuerbrochlich ge-

⁵³⁾ Arch. Regiom. d. 17. December 1455. Epistola habet a tergo: in simili dem Kingsberger. cf. die tegedinge p. 144: vnd am Suntage spate haben der Komphure vnde Kinsberger den Thumherren vorbracht, wy in der herre Hommeister geschrieben etc.

⁵⁴⁾ Mon. Hist. Warm. III, 187.

⁵⁵⁾ l. c. III, 193. cf. reliquorum testium dicta l. c. III, 181. 190. 197. 200. 202.

⁵⁶⁾ Arch. Cap. Frauenb. S. Nr. 6 fol. 17—18; eodem modo mut. mutand. ad Wilh. de Helfst. et Ulr. Kingsb. in Arch. Regiom. d. 9. Jan. 1456.

halden sulde werden etc., das dach nicht gescheen ist, sunder gantcz gebrochen vnde wir in gutten truwen swerlich betrogen vnde sie vnser Slosz ingenomen, vns vnde auch die vnsern geuangen, vns vnde auch den vnsern alle vnsr vnde er habe, gutter, cleider, pferde, harnisch, gerethe, silber, gelt vnde golt, cleinot, register, priulegia, scholtbrieue, bucher, sigele genomen vnde gebewtet, vns sam vorreter vnde obertreter von vnserm slosze gestossen vnde dornoch ober vns vnworhaftige brieue vnde beruchtigung in stete geschreben haben als man spricht. Das wir eleglich euwer gnoden clagen . . . das die sachen alzo gescheen seyn, doruff euwer gnoden vnczweiffelhaftig glouben mag setzen, als her weterheim euwer gnoden wol volkomlicher wirt vndirrichten. . . .⁵⁷⁾ Ceterum Georgius de Schlieben ipse confitetur in epistola a. d. XIV. Cal. Febr. anni 1456 magistro generali missa se canonice fide fracta castrum Allenstein nudasse atque spoliasse non eo quidem consilio, ut abrepta restitueret, itemque se decanum ad id tempus custodia servare. Sed quae diffiteri nequit, de eis, tamquam sincere candideque egerit, refert haec: „ . . . So wisst euwer gnade, daz ich adder meyne frunde den thumherren adder den eren euwer zeusagunge vnde vorschreibunge vñgerne welden haben gebrochen, hetten se vnsere zkusagunge, die se mer in vil guter leute kegenwertikeyth vormols zcugesayt hatten, gehalden. . . . Alsz euwer gnade schreibt von eren kleydern, büchern, kleynoten, gesmeyde, pferden vnde gerethe nicht zu beyten vnde widder gekardt solle werden, so zewiuel ich nicht doran, euwer gnade wisst wol, wie mans mit gutern pfleyt zu halden, die man gewynnet, das wer danne auch also wellen halden, vnde mit eren wol bekandt wellen seyn; vortme als euwer gnade berurt von meyns herren bischoffs pontificalia, messegereth, bucher vnde ander dingk, das eme uff dem hause zu gute behalden sey, so wisst euwer gnade, daz mer eczlich gut, was des ist, bey den thumherren in erem beheltenisse funden vnde uff dem slosse gewonnen haben, das se danne wol vorschuldt haben, vnd wissen von meyme herren bischoffe nicht, vnde hoffen, wer seyen eme auch des halben nicht pflichtigk; haidt meyn herre bischoff lande, leute vnde herschafft vmb euwers ordens willen vorloren, daz ist an meyn vnde meyner frunde volwordt, radt vnde tat geschen vnde haben dar vmb vnser leyp vnde gut uffgesatzt, das wer euwerme orden vnde auch eme vnde seyme stiffe haben eynsteyls euwer lande vnde hereschafft helffen twingen vnde gewynnen, vnde eyn solchs auch vortan gerne thun welden, mochten wer dor methe danck vnde lon vordynen, des mer doch nach nicht dirfunden haben. . . . Auch wisst euwer gnade, daz ich danne (!) techendt vmb etlicher sachen vnde handelumge willén, die nach vor handen sten, uff dem hause halde, wilche sachen sich danne in der warheydt dirfinden vnd her nachmols, so ich zu euwern gnaden komme, euch wol vnderrichten wil.“⁵⁸⁾

Plastwicum igitur in libello, quem inscripsit „die tegedinge der thumherren vnde houelewten“, nequaquam deflexisse a veritate, ex iis, quae attulimus, manifestum est. Num vero in chronicis nihil nisi certa tradiderit, de ea re, salva quidem ejus fide, alio loco disceptabimus

57) Arch. Cap. Frauenb. L. Nr. 80.

58) Arch. Region. d. 19. Jan. 1456. cf. insuper Arch. Cap. Frauenb. S. Nr. 6. p. 19. 21. 22. atque in Arch. Region. epistolam praecpt. do Elbing ad mag. gen. datam 11. Jan.; epistolam ejusdem datam 19. Jan.; epist. Barthol. Liebenwald ad mag. gen. datam 21. Jan. 1456.

LECTIONES.

A. ORDINIS THEOLOGORUM.

Dr. Franc. Dittrich, P. P. O., h. t. Decanus.

- I. Historiam primaevae ecclesiae enarrabit quater per hebd. hora IX.
- II. Jus canonicum tradere perget bis per hebd. hora IX.
- III. De arte christiana disseret semel per hebd. hora def.

Dr. Henricus Oswald, P. P. O.

- I. Doctrinam de angelis et dein christologiam sive priorem redemptionis partem exponet quinque-
hebd. hora X.
- II. Repetitiones dogmaticas examinandi et disputandi causa instituet semel hebd. hora X.

Dr. Hugo Weiss, P. P. O.

- I. Introductionem generalem in libros Veteris et Novi Testamenti dabit horis def.
- II. Jobi librum interpretabitur ter per hebd. hora VIII.
- III. Evangelium secundum Lucam explicabit ter per hebd. hora VIII.

Dr. Julius Marquardt, P. P. O.

- I. Theologiae moralis partem generalem docebit quinque per hebd. hora XI.
- II. De restitutione disseret semel per hebd. hora XI.
- III. Patrologiam tradere perget hora def.

Dr. Antonius Kranich, P. P. E.

- I. Apologetices priorem partem tradet bis per hebd. horis def.
- II. Tractatum de s. sacramentis ad finem perducet, deinde doctrinam de Deo uno et trino explanabit-
ter vel quater per hebd. horis def.

B. ORDINIS PHILOSOPHORUM.

Dr. Wilh. Weissbrodt, P. P. O., h. t. Decanus.

- I. De poesi lyrica Graecorum disseret selectaque Pindari carmina interpretabitur bis hebdomade hora IX.
- II. Inscriptiones graecas latinasque cum commilitonibus leget bis hebdomade hora IX.
- III. Exercitationes latine loquendi moderabitur h. d.

Dr. Jos. Krause, P. P. O.

- I. Introductionem in studium philosophiae tradet bis per hebd. hora X.
- II. Logicam et noëticam docebit ter per hebd. hora X.
- III. Paedagogicen explanabit bis per hebd.

Dr. Franc. Niedenzu, P. P. O.

- I. Familias plantarum maxime notabiles tractabit bis hebdomade hora VIII.
- II. Exercitationes morphologicas in plantis moderabitur semel hebdomade hora VII.
- III. Excursiones ad observanda vegetabilia instituet semel hebdomade hora definienda.
- IV. Selecta physices capita experimentis illustrabit bis hebdomade hora VII.

Dr. Victor Röhrich, P. P. E.

- I. Historiam Prussiae imprimis Warmiae enarrabit ter hebdomade hora XI.
- II. Historiam recentioris aetatis inde ab anno 1815 usque ad haec nostra tempora exponet bis hebdomade hora XI.
- III. Exercitationes historicas moderabitur semel hebdomade hora definienda.

Publica doctrinae subsidia.

- I. Bibliotheca, cui praeest Prof. Dr. Weiss, commilitonibus patebit diebus Martis et Veneris hora II—III.
 - II. Apparatum arti christiana illustrandae inservientem custodit Prof. Dr. Dittrich.
 - III. Sculpturarum veterum imagines gypseas custodit Prof. Dr. Weissbrodt.
 - IV. Instrumenta collectionesque, quae ad physicen, mathematicam, astronomiam et historiae naturalis disciplinas pertinent, asservat neenon horto botanico praeest Prof. Dr. Niedenzu.
-

Certamen literarium et praemia.

**Renuntiatio judiciorum de certamine literario a commilitonibus
Lycei Regii Hosiani anno superiore inito et quaestionum in annum curren-
tem propositarum promulgatio.**

Ordo Theologorum has proposuerat quaestiones:

- I. Ex instituto regio: S. Pauli apostoli de rebus die novissimo futuris doctrina exponatur.
- II. Ex stipendio Scheill-Busseano: Eruantur ex Hermae Pastore, quae ad poenitentiam pertinent.

De priore quaestione Ordini commentatio tradita est, his inscripta verbis: „Dies irae, dies illa.“

Auctor hujus commentationis complures et prioris et recentioris temporis commentarios aliosque libros S. Pauli doctrinam interpretantes diligenter perscrutatus est, in eligendis explicandisque vero argumentis intra fines praescriptos parum se continuuit. Multas enim res, quae cum quaestione proposita aut minus arcte aut omnino non cohaerent, congessit neenon ea, quae diem novissimum antecedunt, justo copiosius perscripsit. De sermone latino quamquam Ordo Theologorum, ut par est, mitius judicare consuevit, tamen in hoc opusculo tanta offendunt menda totque negligentiae indicia, ut hac potissimum de causa non totum praemium ei adjudicari posse videatur. Censuit igitur Ordo, duas ex tribus partes pretii scriptori assignandas esse.

Schedula reclusa nomen prodiit:

Antonius Arendt, stud. hist. et neophil.

De altera quaestione, quod valde dolendum, nulla dissertatio Ordini oblata est.

Ordo philosophorum commilitonibus de praemio regio certaturis hanc quaestionem proposuerat:

Warmiensis florae formationes exponantur.

Nulla de hac re commentatio judicio Ordinis subjecta est.

In annum currentem **Ordo Theologorum** commilitonibus has quaestiones proposuit:

- I. Ex instituto regio: Explanetur celebre illud Vincentii Lerinensis: Quod semper, quod ubique, quod ab omnibus creditum est, hoc vere catholicum est.
- II. Ex stipendio Scheill-Busseano: Pacis Osnabrugensis qui ad res ecclesiasticas pertinent articuli historia duce explicentur et illustrentur.

Ordo Philosophorum hanc proposuit quaestionem:

Inscriptiones christianaee nuper repertae explicitur.

Certantium commentationes sermone latino scriptae et more consueto signa ac ante diem Nativitatis Domini a. c. Rectori tradendae sunt.